

part. 4. q. 1. art. 7. à n. 27. Stephanus Gratianus tom. 3. cap. 550. num. 35. & præcipue num. 41. & 42. Thesaur. li. 4. q. 28. n. 1. Simo de Præis, Peregrinus, Decianus, & Cancerius relati supra cap. anteced. nu. 13. 29. & 30. Gaillius, & Antonius Faber, & alij supra cap. 13. nu. 15. quibus addo Gomecium de Leon Hispalensem Advocatum in centuria Decisionum resp. 58. Guzman verit. iur. 15. nu. 16. vbi refert l. 1. tit. 15. lib. 4. Recop. ibi: *Y que por ante estos solos (nempe tabelliones) passen los contractos entre partes; y las obligaciones; y testamentos; y si ante otros passaren, que las tales escrituras no bagan fee, ni prueba, aunque biē permitimos, que se puedan probar por otro genero de probança.* Ex qua patet quod annullata scriptura, actus nihilominus valebit, si alio genere probationis, constaret, factum fuisse.

22 Neque cōtra dictam opinionem obstant rationes de contrario, quibus plenè satisfaciunt Menchaca d. lib. 2. §. 11. Menochius d. præf. 2. ex n. 20. vbi solutiones videri possunt: Et hic in materia est primus casus dubius.

23 Secundus casus dubius est, quādo testator in scriptis

condidit testamentum, & vocatis septem testibus dixit: hæc scripta esse suum testamentum, & tradidit notario, & postea mortuus est. Nam si testes non subscriperunt, vel sigillum nō appuerunt, aut deficit alia solemnitas, non valebit ut in scriptis testamentum, nec tanquam nuncupativum, quia nomen hæredis coram testibus non est expressum, iuxta l. iubemus, C. de testamentis. Sed communis est opinio, quod tanquam nuncupativum sustineatur. Ita Bellonus cōf. 85. n. 11. Parisius cōf. 19. n. 13. vol. 3. Grassus, qui benè loquitur, & videndus est omnino, si casus cōtingat de facto, d. quæst. 10. n. 8. Mascardus de probationibus conclus. 1358. num. 73. quia sufficit, quod constet saltem implicite de nomine hæredis. Ludovic. Lana cōf. 66. Iulius Clar. §. testamentum. q. 4. Alexand. Ambrosius decis. Perusina 13. per totā. Rota decis. 173. p. 2. n. 5. in novissim. cū multis Ferentil. ad Buratū decis. 475. n. 21. Mantica de coniect. ultim. volunt. lib. 1. tit. 7. n. 7. Gutier. d. q. 45. n. 22. Azevé d. in l. 1. tit. 4. li. 5. Recop. n. 66. vbi inquit, quod si testator coram septem

tem

tem testibus dixerit hæc scripta esse suam ultimam voluntatem, & testamentum, & quod ita disponebat de bonis suis, ut in ipsis scriptis continebatur, quæ quidem scripta ipsi notario tradidit, testatorque ipse statim, vel paulò post mortuus fuit, tunc verificato, quod illa erant scripta à testatore, valebūt ut testamentum nuncupativum, licet non valerent in vim testamenti in scriptis, quantumvis lecta nō fuerint scripta illa coram testibus, & tabellione. cum satis constet de perfecta testatoris voluntate. Matienzus in l. 2. tit. 4. lib. 5. glos. 4. num. 6. Cancerius lib. 1. var. cap. 4. nu. 112. & 115. vbi quod valet testamentum, inquit, quando testator dedit schedulam notario, & rogavit ut levaret testamentum dicens, quod illa schedula erat suum testamentum, & quod volebat valere iure testamenti nuncupati.

26 Debet tamen semper cōstare de identitate scripturæ, ut quia in iudicio charta testes recognoscunt, aut quia notarius à tergo scripturæ posuit tempus, & nomina testium, & rogatum aut alia similia fecit, per quæ identitas om-

nino pateat, ut tradunt Bartolus in l. tabularium, & ibi Glossa. ff. quemadmodum testamentum aperiatur. Alexand. & alij in l. publicati, C. de testamentis. Ioannes Dilectus de arte testandi tit. 2. caut. 1. numer. 3. Mantica d. tit. 7. num. 4. in fine. Iulius Clarus d. quæst. 4. num. 3. Et Grassus vbi supra numer. 8. Ferentil. d. numer. 22. Et ad hos casus si rectè perlegantur, reducuntur omnes ferè à Doctoribus relati.


27 Ex quibus omnibus ut certissimum tenendum est, sustineri posse testamentum ut nuncupativum, quando non potuit perfici in scriptis, ut tenent Doctores supra allegati, probando dispositionem, & testantis voluntatem per testes, cui probationi minimè videtur renunciare testator ex eo, quod cum notario in scriptis cœpit testari, quia non infertur, adhibuit notarium ad testandum: ergo in scriptis, & non in alia forma voluit testari, quia notarius trahitur ad faciliorem probationem non ad substantiā testamenti, nisi quādo testator testari vult in scriptis, & non in alia forma, ut doctè Covarrubias in cap. relatum de testamentis

n. 11. & continetur supra c. 13. & 14. si tamen testator commissiōem de dit alicui ad testandum secundum leges 39. Tauri, & 13. tit. 4. lib. 5. recop. in predicta commissiōe seu facultate eadem solemnitas requiritur, quae in testamētis desideratur. nam si commissiō sit in scriptis, requiritur solemnitas testamenti in scriptis, si nuncupativo testamenti nuncupativo, ut exponūt Cifuentes in d. l. 39. Taur. vbi Castillo, & Palacios Rubios, Spino de testam. glos. 5. princip. ex nu. 42.

Sed si scriptura mandati propter impedimentum superueniens testatori, nō perficiatur, sicut dispositio ipsa testatoris probabitur per testes; ita etiam commissiō, & facultas poterit probari per testes, cum mandatum recte testibus probari potest, glossa in l. maritus, C. de procuratoribus. Cancerius lib. 2. variar. cap. 14. num. 191. Cevallos quest. 400. num. 7. Gratianus, cap. 506. num. 45. Nogueroles allegat. 20. num. 31.



CA:



CAPUT XVI.

DE PERFECTIOE, ET IMPERFECTIOE voluntatis testibus probanda ad valorem, vel ad destructionem testamenti, quae probatio requiratur, & quid testes deponere debeant, & an verbis formalibus testatoris debeant concordare, & ex quibus deliberatio animi probetur; & quid de verbis persunctorijs, iocosis, & adulatorijs.

SUMMARIUM.

Perfectio voluntatis in testamento nuncupativo sine scriptura, vel cum ipsa non tamen completa probatur ex depositione testiū. 1. Probandi onus incumbit ei qui dicit testamentum imperfectum. 2. Probandi onus incumbit dicenti testamentum invalidum. 3. Presumptio reijcit probandi onus in adversarium. 4. Probatio debet esse plena, & concludens ut pronuntietur testamentum imperfectum ratione voluntatis, & ex hoc reddatur invalidum. 5. Testamenti causa favorabilis est;

& in dubio pro testamento iudicandum est. 6. Probationes efficaciores adferre debet, qui presumptionem habet in contrarium. 7. Animus deliberatus testandi constaret debet ut valeat testamentum. 8. Deliberatio animi requiritur in omni testamento etiam privilegiato. 9. Animus deliberatus testandi probatur ex actibus extrinsecis, qui iudicis arbitrio relinquuntur. 10. Deliberatio animi testatoris probatur ex vocatione notarij, & testiū. 11.

Ro-